venatricium auiuȝ vigebat in illa ⁊ multarũ volucrũ
cantilene inceſſanter ibidẽ dulci modulamine pſona
bant Ad hanc igitᷣ ciuitatem iaſon et hercules cuȝ eo
rum comitib⁹ regaliter ⁊ decenter induti tramite rec
to ſe conferunt. Qui dum per plateas ciuitatis ipſi
us diametro longo patentes moderatos greſſus lau
dabili cõpoſitione maturant miratur vulg⁹ in eis elu
ceſcere tot regios apparatus tã ſpecioſam infloreſcere
iuuẽtutem ſic modeſtos in eorum inceſſibus ⁊ in appa
rentia tot morum floribus prepollere. Sitienti ergo
animo diſquirit vulgus qui ſint vnde ſint et que cã
ſit aduentus ipſorum Sciſcitantibus ergo illis nul
lus eſt qui cauſam eorum aduentus ipſis aperiat do
nec regii palacii portas attingũt Rex autem oetes in
nate ſibi nobilitatis gratie non oblitus ſtatim ſibi ex
quo grecorum aduentus innotuit ſolio conſurgens a
regio grecis obuiã in multoꝝ comitiua ſuorum exiuit
quos fronte hilari et facie leta recipiens fouet ãplexi
b⁹ ſignis ſalutationis exhilarat et in dulcium verbo
rũ primiciis placidas amicitias illis ſpondet q̇ poſt
modum per gradus marmoreos loca ſublimia cõſcen
derunt palacii intrãt cameras picturis variis illuſtra
tas ⁊ appoſiti auri mirifice fulgore micãtes. Poſtq̃
vero eis eſt ſedendi cõceſſa facultas iaſon multa ani
moſitate repletus in modeſta ꝓnunciatione verboꝝ
aduentus ſui cauſam oete regi exprimit et aurei velle
ris ordinata diſcrimina ſecundum ſtatuta legis ĩpo
ſite humiliter tẽptare depoſcit Petes autẽ rex benigne
petitis obtẽperãs ſe ĩpleturꝝ vota iaſoĩs nõ negauit

¶ De medea qualiter amore iaſonis capta fuit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Paratis igitur in multa rerum vbertate cibariis
ſternũtur menſe ſuperappoitis ciphis aureis ⁊
argenteis multis ⁊ iminente commoditate veſcendi
rex cupiens omnẽ ſue nobilitatis gratiã grecis oſten
dere pro quadã filia ſua mittit vt veniat iocunda ce
lebratura cõuiuiũ cũ nouis hoſpitibus quos ipſe rex
cuꝫ multa iocũditate recepit Erat enim oeti regi filia
medea nomine virgo nimiũ ſpecioſa patri vnica ⁊ ſo
la futura heres in regno· que quãq̃ꝫ iam ad ãnos nu
biles peruiſſet et facta iam thori matura a puerilibꝰ
tamẽ annis ſe totaꝫ exhibuit liberalium artiũ ſtudio
ſe doctrinis ſic totuꝫ cordis auiditate ſciẽtie imbibẽs
elicona vt nullus vel nulla ea doctior poſſet illis tẽ
poribꝰ repiri Sed eius margarita ſcientie ex qua poti
us prepollebat erat ars illa mathematica que p vires
et modos exorziſationũ nigromãticos lucẽ vertebat
in tenebras ſubito ventos īducebat ⁊ pluuias choruſ
cationes ⁊ grãdines ⁊ timidos terre motus. fluuiorũ
auteꝫ decurſus per decliuia loca labentes ad ſupiores
partes influere ⁊ redundare cogebat· hiemali etiam
impugnatione frondibus arbores ſpoliatas compel
lebat in ipſa turbinis tempeſtate floreſcere iuuenes fa
ciendo ſeneſcere et ſenes ad iuuẽtutis gloriam prouo
cando. Hanc credere voluit antiqua gentilitas lumi
naria magna ſcilicet ſolem ⁊ lunã ſepius coegiſſe con
tra naturalem ordinem eclipſari. Nam ſecundũ aſtro
logie veritatẽ de qua ipſa doctiſſima fuiſſe deſcribitur
ſol decurrẽs ſub ecliptico curſu continuo eclipſari nõ
habet niſi cum fuerit in coniunctione lune exiſtente in
ipſa cauda vel capite que ſunt quedam interſectiones

cuiuſdā circuli celi et aliquo alio ex planetis. Nā tūc
opponēte de luna inter aſpectum noſtruꝫ ⁊ ſolem cor
pus ſolis nos videre viſione ſolita nō permittit ſecū
dum quod hoc ꝑhibuit magne diſcretionis egiptius
Ptholomeus ipſa tamē pro ſue incātationis viribꝫ
hoc accidere feciſſe narratꝰ non cuꝫ ſol erat cum luna
in cōiunctione quod nos vulgariter dicimꝰ cuꝫ luna
ſe voluet Sed cum erat in eius oppoſito ea ab eo per
ſepteꝫ ſigna cōtinue exiſtēte remota tunc cum lunam
vulgariter quintādecimā appellamus Sed ille fabula
rius ſulmonenſis ouidius ſic de medea oetis regis fili
a fabuloſe cōmentans tradidit eſſe credenduꝫ qđ ab
ſit a catholicis xp̄i fidelibꝰ credi debere niſi quatenꝰ
ab ouidio fabuloſe narratur Nam ille ſummꝰ ⁊ exter
nus deus qui in ſapiētia id ē in filio cuncta creauit ce
leſtia corpora planetaꝝ ꝓpria ſub lege diſpoſuit et
ea ſtatuens ineternū preceptū eis īpoſuit quod nō ꝑ
teribit Hic eſt ꝙ ſolis eclipſis cōtra naturalia inſtitu
ta nuſꝗꝫ legitꝰ accidiſſe niſi cū incarnatꝰ dei filiꝰ ſeip
ſuꝫ humiliter ꝓ nobis expoſuit paſſioni q̇ cum ī cru
cis patibulo tradidit ipſuꝫ eclipſatꝰ eſt ſol luna tunc
nō exiſtente ī diūctione ſua cū veluꝫ tēpli ſciſſum eſt
facti ſūt terremotꝰ horribiles· et multa tūc ſanctoꝝ
corpa ſurrexerūt Unde cum diebꝰ illis dioniſiꝰ ario
pagita ſummꝰ ph̄us in naturis viuerꝫ apud athenas
et eſſet in gingnaſiis ſtudioſus licet eſſet infectꝰ genti
litatis errore· videns tamē in criſti paſſione ſolem e
clipſaſſe ſtupefactus ſic dixit Aut deus nature patitꝰ
aut machina mūdi diſſoluetꝰ Hic eſt enim verꝰ ⁊ eter
nꝰ deus cuiꝰ ē poſſe naturalia q̄ꝙꝫ diſſoluere ⁊ cogere

in lege nature peccare qui ſola vnius ſibi fidelis pre
ce curſuꝫ ſolis mūdanum cōtra naturalē inſtitutionē
ipſius ad ſabaoth figi ⁊ ſtare mādauit Hoc autem de
medea ſecūdum fabulas ideo ponit̕ quoniā ſic de ea
fabuloſe fuiſſe preſens hiſtoria nō omittit et ipſam
fuiſſe ī aſtrologia ⁊ nigromācia pitiſſiāꝫ nō neget̕ · me
dea aūt precepto pr̄is audito quāq̄ꝫ eēt virgo nimiū
ſpecioſa conata ē vt mulierū eſt moris ſpecieꝫ addere
ſpeciei p ſpecioſa viꝫ ornamenta Quare cōpta ꝓcio
ſis ornatibꝰ ⁊ regio apparatu decorata ad diſcūben
tiuꝫ mēſas acceſſit quā ſedere iuxta iaſonem illico iuſ
ſit pater O miſera et infatuata nobilitas quid vrba
nitati debes in honoris tui ꝓcipitiū ⁊ tui decoris pro
curialitate iacturā? Nūquid ſapiētis eſt ſe credere con
ſtātie puellari aut ſexui muliebri q̄ nullis ānorū circu
lis nouit captare cōſtantiā cuiꝰ animꝰ ſemper cōſiſtit
in motu ⁊ ꝓcipue inter pubeſcētes vacillationes ante
q̄ꝫ viro mulier facta viripotēs miſceatur Scimꝰ enī
mulieris animū ſēper viruꝫ appetere ſicut appetit ma
teria ſemp formā O vtinā materia trāſiens ſemel in
formā poſſet dici ſuo cōtenta formato Sed ſicut ad
formā de forma procedere materiam notuꝫ ē Sic mu
lieris ɔcupiſcētia diſſoluta ꝓcedere de viro ad virū
vtiq̄ꝫ eſſe creditur ſine fine cū ſit quedā profunditas
ſine fundo niſi forte pudoris labes aliqua abſtinēti
a laudanda cōcluſerit ſub termīs honeſtatis · Qua er
go o rex oetes ductus audacia tenere puelle latus ex
tranei viri lateri conſuiſti Si ſexus fragilitatem ex a
nimo diſcuſſo liberaſſes heredem vnicam regni tui ig
nominioſo nauigio in extranea regna delatā ſub tāto

diſpendio nō fleuiſſes vt filia ſimul et ſemel ⁊ theſau
ri tui īaudito cumulo ṗuareris. Quid tibi ꝓfuit mar
tis cuſtodia aduerſus fraudes mulieris ⁊ dolos? Sa
ne q² quod futuruꝫ erat forte dixeris vitare nullate
nꝰ potuiſti iuſſiſti filiā tuaꝫ cū iaſone cōicare cōuiui
uꝫ ⁊ iaſonē ſtatuiſti ꝑticipem nate tue ī celebratione
ciborū Nam q̇d tibi ꝓinde reuera ſucceſſit ecce ſubiū
git hiſtoria ſucceſſꝰ cōgruos ⁊ incōgruos non obmit
tens Exiſtente enī medea inter regē patrē ⁊ iaſoneꝫ li
cet multo eſſet rubore ꝑfuſa tamē tꝑare nō potuit ſu
orū acies oculoꝝ quin cū poterat eoruꝫ intuitū verſꝰ
iaſonem dulcibꝰ aſpectibꝰ retorq̄ret ſic eius facieꝫ et
circūſtantias faciei flauos crines corpus ⁊ membra
corporis intentis ymaginationibꝰ cōtemplando. ꝙ
repente in ꝯcupiſcēcia eius exarſit ⁊ feruētis amoris
in animo ſecuꝫ concepit ardorē Non illi cura ē cibo
ruꝫ veſci dulcedine nec guſtare pocula melliflue poti
onis. Eſt enim ſibi tūc cibus ⁊ potus iaſonis dulcis
aſpectus queꝫ totum clauſuꝫ geſtat in corde et in cu
ius amore libidinis repletus eſt ſtomachus ſaturatꝰ
Cum igit᷑ inſpiciebatur ab aliis qui intuebātur eaꝫ ci
borū guſtibus ſic ceſſiſſe attribuebant eidē non amo
ris cauſa hoc in ipſa procedere ſed ſola forte ratione
ruboris. Medea ergo tanti feruoris exaſperata cupi
dine ꝯceptum crimē ſatis conat᷑ obtegere vt non ſo
luꝫ ab hiis a quibꝰ inſpiciebatur percipi forte poſſet
Sed eciaꝫ a ſe ipſa ꝓbabilis excuſationis argumēta
producit quibus illud quod nephas eſſe poſſet in vir
gine excuſabili conuertat in fas Inde eſt quod tenui
ſono ſuos eburneos infra dentes collidit hec verba.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

O utinā iſte barbarus tā ſpecioſus tam nobilis mibi maritali copula iūgeretur vt ſibi ipſā daret intelligi inculpabili affectione illud appetere quod culpa ꝛ crimine non carebat. Dum eni mulierꝝ ſemper eſt moris vt cum inboneſto deſiderio virū aliquē appetunt ſub eius boneſtatis velamine ſuas excuſationes intendāt. Conuiuii igitur fine facto medea de ſui patris licētia cameraꝝ ſuaꝝ intrat archana ꝛ iaſon ꝛ bercules quadaʒ eius palacii recipiūtur in camera iuſſu regis. Medea auteʒ in ſui ſecreto cubiculo ſola pſiſtens ex concepti amoris flāma vexata anxietate multa torquetur et multis fatigata ſuſpiriis ſatis ſollicite cogitat in ſeipſa qualiter ſui ardoris flāmis poſſet occurrē p ſatiſfactionē ꝓprie voluptatis. ſed virginei pudoris puſillanimitate deuicta cedit audacie cū ī ea pugnet amor ꝛ pudor. Inſtat amor vt audeat ſed ꝓpter ignominiā pudor vetat. et ſic duplici vexata cōflictu ſui laboris diſpēdia p totā ebdomadā ſub taciturnitate defleuit. Factūq; eſt ꝙ a fortune miſeriis que fineʒ accelerat ex ſe ipſa ꝓceſſit pro medee votis ꝙ quadam die dū rex oetes ī ſecretariorū comitiua ſuorum cum iaſone et bercule de multis multa conferret ī aula pro medea filia ſua miſit vt veniret ad illum. Qua in apparatu regio veniente in ſui veneratione ruboris iuxta patrem ipſo iubente conſedit. Cui pater blādo ſermone licentiam explicauit ut cum iaſone ꝛ bercule more virgineo verba ſolacioſa conferret. Que pudibunda a patris ſurgens latere iuxta iaſonē ſibi ſedere elegit. Jaſon vt vidit medeā iuxta ſe cōſediſſe

Factus ē hilaris et modico relicto ſpacio ſeſſionis ſe
cedens parum ab hercule magis medee lateri fit pro
pinquus Rex autem oetes et aſtantes ceteri multe cō
fabulationis amenitate diem claudunt et hercules cū
aſtantibus coram eo multa ſermocinatione de pluri
bus conferebat Sicqꝫ intra iaſonem et medeam nullū
erat medium quo poſſet ſi viciſſim ad loquendum e
rat aliquid impediri. Medea igitur quaſi in ſolitu
dinis abilitatem alloquendi iaſonem apta commo
ditate captata videns ceteros inter ſe circa alia col
loquia diuerſa vacare timoroſi pudoris ſarcina ho
neſte depoſita in primis verborum congreſſibꝰ ſic ē
iaſonem allocuta Amice iaſon non reputet tua nobi
litas inhoneſtum nec vicio feminee diſſolutionis aſ
ſcribat ſi forte tecum velut ignota conferre preſumo
et me inhoneſta intentione ad tui noticiam prouoca
re. Dignum eſt equidem vt extraneo nobili et negocio
ſo ſalutis conſilium tribuatur a nobili Nam prodeſſe
nobilis nobili ex quadam mutua vrbanitate tenetur
Scio enim te nobilem et ductum audacia iuuenili reg
num iſtud pro obtinendo aureo vellere petiuiſſe pro
cuius queſtu ſcias te diſcrimini manifeſto ſubmittere
et infallibilis mortis periculo ſubiicere vitam tuam
Ergo tue nobilitati ⁊ iuuenili calori compatior ⁊ ti
bi deſidero ſalutis conſilium et auxilium vtile miniſ
trare per quod illeſus a tantis periculis eruaris et op
tatos tue patrie lares incolumis valeas in grata ſoſ
pitate redire Et ad hoc tibi me profuturam cognoſ
cas ſi perceptibili corde meos monitus amplecteris /
et efficaci ſtudio duxeris exequendos. In prono

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſibi vultu et plicatis brachiis iaſon ad offerentis ver
ba ſic humili voce reſpondit. Ha nobiliſſima mulier
ꝗ domina vobis deuotiſſimo corde meo humiles gra
tes fundo que laborib9 meis cōpati nobili expoſitōe
mōſtratis cuius rei gratia beneplacitis veſtris me to
tum expono cum multomagis ſint munera gratioſa
que nec petita nec precedentibus beneficiorum meri
tis tribuuntur. Cui medea. Amice iaſon noſti quanta
ſunt in aureo vellere querendo conſtituta diſcrimina
an forte fama veritatis ignara tibi cauſam ipſorum
veram non prodidit in aperto. Sane eius facultas
aut obtentus vix aut nullomodo mortali cadit in ho
mine cum diuina ſit eius cuſtodia et non ſit in homi
ne plus poſſe ꝙ poteſt virtus in expugnanda maieſ
tate deorum. Quis enim illeſus euaſit a bobus flam
mas eructuantibus igneas/quem fortune caſ9 aduer
ſus ipſos irruere ſtimulo preſumptionis induxit cū
aduerſus illos inſultans ſubito conuertatur in cinerē
et exutus fumoſa pereat in fauilla. Quod ſi tam leui
animo attemptare iuueniliter ꝑſumſiſti magna fatu
itate deduceris cum precium tante rei mors ſola eſſe
cōſiſtat. Abſtrahe ergo iaſon ſi petis agere ſapienter
a tam īfauſto limine pedem tuum et ne accedas ad le
tifera limina que tue vite ſunt lumina finaliter abla
tura. Jaſon autem velut impatiens ad medee verba
commotus ne plura hiis ſimilia verba diffundat ei9
ſermonem interſecat et eius ſerie īterrupta ſic intulit
Ha nobiliſſima domina nunquid veſtrorum terrore
ſermonum exanimare me creditis vt duris incuſſio
nibus ſtupefactus ab incepto deſiſtam?

Nunquid ſi fieret vti poſſet aliquã gloriam maiorẽ
in tota vita mea obtinere. Sane viuus viuaci vitupe
rio tabeſcerẽ inter gentes et omni exutꝰ honoris lau
de ꝑpetui dedecoris vileſcerẽ libertati. Eſt ergo ꝓpo
ſiti mei certum morti me tradere ſi mors eſt precium
tante rei Nam prudẽtis viri ꝓprium eſſe debet ex
quo alicuiꝰ cepti ꝓpoſitum publicauit ĩ actum ꝑpo
nere necem vite priuſquam a cepto ignominioſe deſiſ
tat Cui medea· Eſt ergo iaſon illa tui propoſiti certi
tudo vt mortem affectemus ꝑponere vite tue in tam
vicini diſcriminis interitu manifeſto· Reuera tue fe
licitati opatior et erga te ꝓſumẽtẽ nimium indiſcrete
cõmoueor viſceribꝰ pietatis Quare ꝓpono compa
tiendo tibi benigne tue ſalutis antidotum reuerentie
preponere patris mei et meo pudori non parcere nec
ſaluti. Sed huius demum a me beneficii gratiam con
ſequeris ſi monitis meis parere ſpondes et in exequẽ
dis que dixero fallaciis nõ vtaris Ad hec iaſon No
biliſſima domina quecunqꝫ decreuiſti me facturum in
fallibiliter adimplere vobis ſpondeo deoſqꝫ conteſ
tor Cui medea Si me tibi copulaueris in vxorem. Si
me ab hoc paterno regno iaſon adduxeris in tuã pa
triam delaturus Si me fidelis non deſeres quo ad ui
uam pro certo faciam vt tractabo qꝫ aurei velleris
obtentu finaliter tuum votum implebis totis ĩminen
tibus malis piculis annullatis Sum enim inter mor
tales ſola que poſſum virtutes martis eluderẽ et eius
potentie inſtitutis per contrariam artis potentiã ob
uiarẽ· ad q̃ iaſon· Quamqꝫ magna et ĩeſtimabilia fuerã ſũt
illa q̃ m̃ nobil' virgo ꝓmittis daturã te m̃ uidelicet q̃

inter alias ꝑciosas electe pulchritudinis prerogatiuā
refulges velut roſa punica. que veris tpe flores ce
teros quos in aruis campeſtrib9 ſponte natura ꝓdux
it ſuorū tituloꝝ inſignus antecellit. Et me promittis
liberare ꝑterea a tātoruȝ maloꝝ noxiis aureo ariete
queſito. Scio tamē me iuſtuȝ eſſe nō poſſe preciuȝ tā
te rei Et qui dona tam cara grata offerente fortuna
rēnueret merito dici poſſet ſumma fatuitatis inſania
penitus agitari. Quare nobiliſſima mulierū et me in
viruȝ vobis humilem et deuotuȝ ſponſum expono et
me facturū ſingula que veſtra diſcernet electio pura
⁊ intemerata fide ꝓmitto Medea enī talis oblatioīs
exhilarata ſermonib9. Sic ad offerentis verba reſpō
dit iterato. Amice iaſon de tuis pollicitationibus cer
tā effici ⁊ omnino ſecuram non vano corde deſidero
⁊ in hiis mētē meā tutioris aſſecurationis facias fir
mitateȝ. Peto igit' per te quecūq; dixiſti tuo ſacramē
to firmari. Sed cum ad preſens ſe nobis locus habi
lis non preſentet differendum hoc puto dum operia
tur terra noctis caligine que ad committenduȝ occul
ta ſe prebet deſiderantib9 habilem ⁊ a ſciētia hominū
multos excuſat. Et ea igitur nobis commode ſe ꝑben
te per mei ſecretarii nuncium requiſitus ad meaȝ came
ram tutus accedes in qua ſecuram me facies de ꝓmiſ
ſis per ſacramenta deorum Nam ⁊ me aſſecuratā hoc
modo deinceps habere poteris ſicut tuaȝ et ibi de tuo
rum factoruȝ proceſſibus ⁊ ipſorum executione fina
li per me plenius inſtrueris Cui iaſon ſtatim hui9 cō
pendii breuiloquio ſic concluſit Nobiliſſima domi
na ſicut dicitis fiat vobis et mihi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf